

X.

De coloniarum quarundam Phoeniciarum primordiis
cum Hebraeorum exodo coniunctis

disserruit

Maximilianus Büdinger,

imperialis scientiarum academiae sodalis ordinarius.

Detexta modo retexantur.

Cicero.

§ 1. De exodo definitio.

Viam ingredienti per tot saecula a rerum scriptoribus tritam quum virorum obstat doctorum opinio, qui gradum lubricum vereantur, tum prospectum offundit moles quaedam superstitiōnum congesta ex hexateuchi copia relationum praestantissimorum et narrationum variii pretii. Munus vero ut subirem in hanc viam deflectendi disputatione commotus sum, quam ante hos duodeviginti annos expertorum proposui iudicio inscriptam: de Aegyptiorum in Hebraeorum ritum efficientia.¹

Eam nempe veteris testamenti magistri silentio praeterire ex officio suo credidisse hic narrare me taederet, nisi impugnans quasdam sententias in disputatione illa prolatas vir doctissimus Luperus Guilelmus comes Baudissin² exceptione regulam firmasset.

¹ Egyptische Einwirkungen auf hebräische Culte. Sitzungsber. der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, Wien 1872, vol. LXXII, p. 451—480; 1873, vol. LXXV, p. 7—60.

² Wolf Wilhelm Graf Baudissin, Die Geschichte des alttestamentlichen Priestertums. Leipzig 1889, p. 70 sqq. Iis quae ibi opinatus est de Levitarum origine Hebraica ipse auctor animadvertisit paene contraria p. 185: „wenn nämlich die Ueberlieferung, welche den Stammbaum Mose's auf einen Jakobssohn Levi zurückführt, in der Richterzeit bereits vorhanden war“ et p. 185: „insofern wir für jene Anfangszeit allerdings den Stamm Levi im Unterschiede von den eigentlichen, der Mosesfamilie Sitzungsber. d. phil.-hist. Cl. CXXV. Bd. 10. Abh.